#

Reverende in Christo Pater

Pax Christi

Apud nos bellum paratum nondum fulminat Varijs tamen rumoribus tonat
Germania Militij ultra 20 Millia numerat Serenissimus exspectatur noster exercitus
qui in vicino dicitur esse. Suecus Rex iam certo heri Malogostia attigit quinde-
cim Millia exercitus illius non excedere creditur Experimenta Martia partis
utriusque vicinitas ipsa iam faciet. Nisi forte Deus tempestatem hanc benign-
itate Sua componat et pace mutet quam tentandam per intercessorem Galliae
Legati nonnulli asserunt. Jest tu Jegomosc P Podkanclerzy praesens sed vi-
vente possessore negotiu de substituendo successore musi non attentari ut V R ta
novit optime. Si conditio purificaretur me hic et Illmo Palatino Mazoviae
praesente multum credo accederet ad spem rei consequendae. De prosti-
gatis in Litwania Sapiehis cum V capto Palatino Vilnensi quae Vestra scripsit
Varsavia non fuit nobis pronum credere osobliwie ze z tamtad takze pisa-
no ze Jm P Oginski uzbyt w Warszawie teraz y od miasta pensiones
exegit quod tamen V R a non scripsisset. Expectanda ergo certiora.
Non moror et me SSmis V R Ra sacrificijs et affectui optimo commendo

Cracoviae ad S Petri 8 Julii 1702

R P Lesiecki Amico amantissime

R ae V estrae

Servus in Christo
indignus

Nicolaus Spinek

x

#

Reuerendo Patri in Christo Patri Andreæ Młodzieiowski Societatis IESV

Varsauiæ